

kreises anfertigen und auf dem Kapitol aufbewahren. Herrscht danach in vollem Frieden.

De nativitate Domini.

Cumque hec omnia acta fuissent — — f. 35^d. in sua custodia habere. Augustus hört von der Geburt Christi und schickt Botschafter nach Bethlehem. Diese hinterbringen ihm die mit weiteren Fabeln ausgeschmückte Lucas-Erzählung. Er lässt die Nachrichten aufzeichnen und 'in errario' der Stadt Rom aufbewahren.

Supervisit autem Augustus Cesar a tempore, quo natus fuit dominus noster Iesus Christus in civitate Bethleem de virgine Maria, per duodecim annos. Quibus transactis ab Antipatre, nepote Tholomei regis Ydorum et cubiculario¹ eius, veneno fuit interfectus. Unde omnes viri nobiles et Romanorum principes, tribuni populares et plebagii, omnes Rome urbis concives ingenti dolore et ira sunt turbati. Tandem ipsum decenter in sepulcro auro et argento sculto sepelierunt. Super quod acervum lapidum magne altitudinis et latitudinis mirabili modo fabricatum et constitutum fieri fecerunt et construxerunt. Dictus autem Augustus Cesar ab augendo vel amplificando, quia² prudentia et sapientia sua auxit et amplificavit Romanum imperium; Cesar ^{*nominatus} fuit, quia prospere omnia cede-^{f. 36^a.} bant, vel quia *Cesar erat omnia*³, id est⁴ Cesar habebat omnia, id est⁴ erat potens et dominator in omnibus. A quo quilibet Romanus imperator usque in presentem diem dictus est Augustus Cesar. Cui successit Tyberius Cesar Romanorum imperator constitutus. Anno vero vigesimo imperii Tyberii Cesaris passus et crucifixus fuit dominus noster Iesus Christus secundum scripturas sub Pontio Pilato, tradentibus Anna et Caypha sacerdotibus, regnante Herode filio regis Herodis Galilee. Et cum eo crucifixi fuerunt duo latrones, unus ad dextram et alter ad sinistram. Unde scriptum est⁵:

Disparibus meritis pendent tria corpora ramis:

Dimas⁶ et Gestas⁷, media divina potestas.

Alta petit Dimas⁶, descendit ad infima Gestas.

Quia mentionem de passione domini nostri Iesu Christi superius fecimus, nunc de eius passione, et qualiter passus et crucifixus a Iudeis fuit et in cruce positus, ad presens videamus.

Factum est in anno vigesimo — — f. 39^c. adversus semen David. Ganz fabelhaft.

1) 'cubilario' Hs.

2) 'qua' Hs.

3) Lucan. Phars. III, 108.

4) 'idem' Hs., was hier wohl wie oben, nicht 'idem' zu lesen ist. 5) Diese Verse theilte Huillard-Bréholles a. a. O. S. X mit.

6) 'Diuias' Hs. Sonst wird er nach dem apokryphen Evangelium des Nicodemus Dismas, der andere gekreuzigte Räuber Gesmas genannt. 7) 'egestas' Hs.